

aduertere: licet credamus exemplis. Dicit enim
& iam alibi sc̄s iob. Viuit dñs qui sic me iudicat.
& omnipotens qui ad amaritudinem p̄duxit ani-
mam meam. Sp̄s autem diuinus qui ē in narib. meis.
Non utiq. sp̄m hic auram uitalem hanc. & spiramen-
tum corporeum designauit. sed nares hic interio-
ris hominis sui significat. quib. uitę odorem car-
pebat a & eterne. & gratiam celestis unguenti ge-
minis quib. dam sensibus hauriebat. Sunt enim
nares spiritales ut legimus. quas habet sponsa
uerbi. cui dicitur. et odor naris tue. Et alibi.
Odoratus ē dñs odorem suauitatis. Sunt ergo que-
dam interioris membra hominis. cuius manus in
actu. aures in auditu. pedes in processu quodā
boni operis aestimantur. Itaq. & officis ueluti
quasdam colligimus membrorum figuras. Neq.
enim interioris hominis. secundum carnalia.
aliquid nos conuenit opinari. .VIII.

Et sunt quidam. qui corporaliter dñm putant
ēē formandum. Cum legunt aut manum eius
aut digitum. Nec aduertunt. quod hęc non